

Quid melius sed enim studio justique bonique  
 Quid melius purâ religionē? Nihil.  
 Hæc quâ sede sedent sedes erit illa beata:  
 Hæc sedes longæ posteritatis erit.  
 O, igitur, Proceres, quantas urbs vestra me-  
 retur

Laudes? Elogio certè ea digna meo.  
 Est pietatis enim sedes, Ecclesiæ asylum,  
 Firmaque iudicii justitiæque domus.  
 Quin etiam priscis est commendabilis annis,  
 Stirpibus antiquis gaudet & illa suis, (ter  
 E quibus est commissa sua cum laude frequen-  
 Cura gubernandi res, sacra, templa, forum.  
 Hisque suos servant etiam nunc usque nepotes:  
 Hinc bene habent vestræ res, sacra, templa,  
 forum,

Fortè vetustatem vestræ temerarius urbis  
 In dubium sed ne quis sine mente vocet:  
*Brema* est primævo, PTOLOMÆI tempore  
 nota,

*Brema* est antiquis quæ *Phabirana* fuit.  
 Illa sub arctoo quondam celebrata Boote  
 Cum regno auspiciū Franciæ & Angliæ  
 habet

Majus; & imperii Germanis quando potestas  
 Est data Cæsaribus, crevit & ipsa simul.  
 Deficiente anno nongintâ exacta fuerunt  
 Lustra, suis gestis *Brema* ubi clara fuit.  
 Quando etenim Picti & Scoti fera bella Bri-  
 tannis

Inferrent validâ, vique doloque manu.

Nec